



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

10. Augusti. Integra priùs personæ habenda cognitio, quàm te in ejus
immittas amicitiam. S. Ignat. apud Ribad.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

10. Augusti.

*Integra prius persona habenda cognitio,
quàm te in eius immittas amicitiam. S.
Ignat. apud Ribad.*

Qui mergi non vult, prius vadum tenet, quàm se, vel sua flumini committat, bolide sibi viam parare præstat, ne quæ optabat effugium, inveniatur sepulchrum. Quot non sub placidis aquis latent charrybdes!

Nullum est flumen humano corde profundius, latent hinc plurima, nec ullus tantum perspicax oculus, qui ea discernat; frustra hinc fenestram quæsiuit Momus. Optare poterat, non sperare. Inscrutabile est cor hominis.

Ars tamen artem superat; est etiam ad cordis arcana via, si non parula, per rimas tamen eò penetratur. Produunt nempe se affectus, etiam invitæ, & ex actibus prospicit animus, ut vulpes è fovea, dum se non putat observari.

Preiosa res amicus, cautè tamen selige, donec eligas, ne dum adamantem cupis vitrum accipias; idem utrique color, sed quantò major in eo raritas, tantò major pre-

pretii diversitas. Nemo tibi sit amicus, nisi
optimus.

II. Augusti.

*Heu! quantum non de libertate tantum, sed
& autoritate, nominisque existimatio-
ne amittit, qui munera accipit. S. Ignat.
apud Ribad.*

DUm capit escam piscis, capitur, &
commutatione damnosâ plus per-
dit, quàm obtinuerit, verme potitus, se a-
mittit; nihil melior avari conditio: munus
accipit, & meliorem sui partem, liberta-
tem vendidit.

Vilis genii est muneribus inhiare. Mer-
cenarium hominum genus, nihil agit abs-
que lucro; mens, quæ supra vulgus se extu-
lit, non ità terrenis affigitur, ut honestum
utili anteponat.

Illud sanè turpissimum, si ex spiritualis
bus questus fieret, eâque in avaritiæ fo-
mentum verterentur, quæ deberent esse
ejus extirpandæ instrumenta. Fit tamen,
ut auri fulgor ità excæcet, ut etiam æterna
perituris servire cogantur.

Si hîc laboris tui mercedem accipis, non
est, quam expectes in futuro. Pro mo-